

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 18: De sequela dyaboli (7)

Bernardus:

Quis nos angit vesania, vitiorum sitire absintium,  
huius mundi sequi naufragium, vite labentis pati infortunium,  
impie tirannidis ferre dominium,  
et non convolare ad sanctorum felicitatem,  
ad angelorum societatem, ad solemnitatem superne letitie,  
et ad iocunditatem contemplative vite,  
ut superhabundantes possimus intrare in potentias domini,  
et videre delitias illas bonitatis eius?  
Ibi vacabimus et videbimus quam dulcis est dominus,  
et quam magna multitudo dulcedinis eius.  
Videbimus glorie decorem, sanctorum splendorem,  
et regie potestatis honorem.

Quae ergo nos agit vesania, vitiorum sitire absinthium,  
hujus mundi sequi naufragium, vitae labentis pati infortunium,  
impiae tyrannidis ferre dominium,  
et non magis convolare ad sanctorum felicitatem,  
ad Angelorum societatem, ad solemnitatem supernae laetitiae,  
et ad jucunditatem contemplativae vitae,  
ut possimus intrare in potentias Domini,  
et videre superabundantes divitias illas bonitatis?  
Ibi vacabimus, et videbimus quam dulcis est Dominus,  
et quam magna multitudo dulcedinis ejus.  
Videbimus gloriae decorem, sanctorum splendorem  
et regiae potestatis honorem.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes pii simae de cognitione humanae conditionis*, 4 (PL 184, col.493A).